

Mmschlag
Brevis Responsio

Ad

Anonymi cujusdam five
Massonij epistolam Paræneticam, in
quâ fraudes ejus & falsa dete-
guntur,

Autore

Jacobo Wellero D.

WITTEBERGÆ

Typis JOHANNIS RÖHNERI.
ANNO M. DC. XXXVIII.



Theol. ev. pol.

359 m

Aus der
Schloßbibliothek zu Oels
1885

14.667

Sächsische
Landesbibliothek
Dresden



Christiano Salutem in Christo!



Ngenuæ mentis esse & benè sibi consciæ nomen suum fateri, nihilq; fucatè & fraudulenter agere, contra hypocritarum & malè sibi consciorum, cum virus suum spargere in vulgus & fallere student, & cum non pares sunt ad tuendum ea, quæ proferunt, anonymis libellis, vel fictis agere nominibus, benè scripsit Hyperius Calvin. Deploramus merito id ipsum in deperdita Calvinianorum causa, qui, ut ceu ex plaustro (eo enim consilio dissimulari & mutari nomina in scriptis imprimis polemicis, fatetur Bullingerus) conviciorum & calumniarum nimbos profundant in innoxios, & ita cum omnibus (verba Bullingeri refero) impuris conviciatoribus communia convicia, cacodoxas proferre possint doctrinas, vel ficta sibi induunt nomina, vel amici personam, nibili planè habendo, quod prudens Calvinianorum magistratus illis in locis, ubi rerum potitur, quo maxime huic occurreret, libros anonymos sub pœna, imò relegatione prohibuerit, ut in Massonio σκελ. 1. p. 1033. 1034. probavimus. Non dicam nunc, quod lucifugarum & malefactorum horum hominum genus vera doctrina athletas ab incunabilis reformatæ religionis exercuerit, nec numerabo, quot hætenus prodierint anonyma Calvinianorum scripta, sed istud tantum queror, quod me, qui præter gloriam Christi hic nihil quero, fucato hoc diabolus adoriatur genere, quamvis id gaudeam, quod istud ipsum cau-

Contra Nobilissimum Virum & Theolog. Matthiam Hoe ab Honcgk &c. cuius ne umbram quidem ferre potest lucifuga,

seriati animi habeatur signum ab ipso Christo Joh. 3, v. 20. nec non Calvinianis laudatis, quibus adde Calvinum ipsi in responsione ad Balduini convicia, ut ethnicos saniores taceam. Edidit non nemo in vicinia, (cujus & exitum & introitum probe perspectum habemus, & cuius nomen cum egregijs factis, qualia apostatarum esse solent, ecclesie intimare, testesq; domesticos & ex collegis, quorum auctoritatem subterfugere non posset, proferre possemus, si in istum campum nunc liberet excurrere, proferentur enim post suo tempore,) Anatomiam Universalem, cui ob crassissima, quibus eam spissiore fecit, mendacia, ad qua tacuit, crimina falsi, quae praeterijt, errores, quos ne digito quidem tetigit, proprium nomen praeponeere & piguit & puduit. Nunc instar τρεψις πολυμωβος, ut Ebionem Epiphanius nominat, ubi ulcus tetigi & ficti pudere incipit, amicum induit personam, & epistolam Paræneticam, contra me edidit. Nolui calamum admoveere illi refutandae, quod & bonas horas melius locare sciam, & quod cum larvatis ejusmodi ingenijs, quae quicquid in buccam venit, evomunt (non enim adeo habent cur timeant, cum in tenebris lateant) bellum inire, ingenuo non possit non esse difficilimum, & quod si fere, quae in hac epistola proferuntur, omnia ex tripode forent dicta, id tantum probaretur, Wellerum in quibusdam parergis lapsum & humani quid passum esse. Controversie enim puncta & argumenta, quibus Calvinianos negata omnipotentiae, innocentiae, clementiaeq; divinae &c. convici, ne extremis quidem labris degustantur, imò ne nominantur quidem. At cum pijs quibusdam secus videatur & hic calamum adhibeo, candoremq; Calvinianorum integro Christiano orbi ob oculos pono. Christum Jesum invocans, ut & hic in veritate nos ducat & conservet.

Scopus

Scopus epistolæ est, subleſtæ me reddere fidei, measq; diſputatio-
 nes manibus doctorum extorquere. Ita n. ipſe autor circa finē:
 Paucula ea, quæ hæcenus ſparſim adduximus plaufum tuū
 (quafi ex Anotomia ſkeleton factum, & quafi nihil ſolidi
 contra diſputationes tuas moliri aliquis poſſit) facilè diſſi-
 pant. Recognosce verba tua pag. 52. ſi ſubleſtæ ſemper eſt
 fidei, qui ſemel turpem ſe dat, quid de te, Wellere, futurum
 eſt? *Et ab initio*: Jam difficillimum Tibi Wellere accidet,
 hæc inſitas tamq̃ue diuturno tempore veluti roboratas
 ἐννοίας denuò hominibus evellere &c. *At 1. Non eſt amici*
 (hujus enim proprie eſt paræneſes ſcribere) amici læſionem
 querere. Ita ſcilicet tuta frequenſq; via eſt per amici falle-
 re nomen. 2. Gratias debeo & Deo meo, & tibi, Maſſoni.
 Deo, cujus potentia in infirmitate ἐτελειώθη 2. Cor. 12, 9 &
 & qui calamum meum ita direxit, ut non planè non fundum
 Calvinianæ calamitatis tetigerit. Inde enim male habent,
 ringuntur, & ne planè tacuiſſe videantur, nugæ agunt, imò
 ſe mortuos fingunt: Ita enim circa finem Maſſonij ſeclato-
 res, ſive amici ſuperſtites, commemorantur. Et laudare ha-
 berem Calvinianos, qui & candorem meum & diſputationes
 laudarint, miratig; ſint, quod tot ſcommatibus & criminibus
 falſi, tot nefandis corruptionibus Chriſtiano orbi Maſſonius ſe
 irridendum propinare non ſit veritus. Tibi vero Maſſoni,
 quod nugæ hæc communicare volueris. Inde enim luce me-
 ridiana clarius apparebit, quanta fide & conſcientia tractes
 res Theologicas, & quanti eccleſiæ & Chriſti gloriam facias,
 & quod nihil contra in rebus ipſis, imò nec in parergis qui-
 dem ſolidi moliri potueris.

Reſpondeo igitur ad tuam illam epistolam & in ge-
 nere & in ſpecie. In genere, quod hæc diſputandi ratio falſis
 & criminibus ſit referta falſi. Ais ad me theſi 2: Aliquoties

A 3

etiam

Diſp. hæc
 ratio
 I.
 Falſis eſt re-
 fert,

*etiam testaris (ut pag. 49. 56. 71. 95. 128. 165. 574.) te libros in
Anatomia citatos non vidisse, nec aliunde nancisci potuisse.
Inde patet: Quod ex iisdem allegata testimonia non refutave-
ris, Non entis nulle sunt affectiones. At 1. quod candori
dandum, id homo Calvinianus vitio vertit. Ad non visa,
lecta & probe expensa non velle respondere, idq. publicè confi-
teri, Christiani duco candoris, ea verò Christiano exprobrare,
malicia. 2. Mentiris. Ubi, Massoni, quæso conscientiam
tuam, scripsi aut pinxi, quod Lutheri comment: in Genes. nec
viderim, nec nancisci potuerim? Citas p. 94 sed mirum ne
est, hominem apostotam perfidè & malitiosè agere? Cer-
tè tecum ex illo ipso libro hinc inde, imprimis verò pagi-
na & loco à Te laudato disputo. Verba sunt: Tertium lo-
cum (in comment. supra Genes.) invenire haud potui, si-
milia ferè, NE QUID NEGEM LOCO NB. HABERI AD-
DUCTO NON INFICIAS EO. Afferit enim Jacobum stul-
tè concludere. Quì igitur hunc librum non vidissem nec
nancisci potuissem? Ubi quæso 2. dixi me Lutheri postil-
lam domesticam non vidisse, nec nancisci potuisse? Citas pag.
56. Sed contra octavum præceptum. Verba thes. XI. hæc
sunt: Octavus locus ADDUCTO LOCO non comparuit.
Autori igitur eum simpliciter remittimus, qui optime novimus,
Calvinianis infrequens non esse, Luthero, Lutherianisq. ea
affingere, qua ne per febrim somniarunt, quod ingenuè confes-
sus est Buccerus &c. Videsne Massoni tuam ἀβλεψίαν?
Christianæ fuisset Φιλανθρωπίας locum monstrare, & tu me
insuper falsa premis accusatione.*

Ubi 3. scribo, quæso candorem tuum, si quid candoris
fronti tuæ adhuc inest, me August. librū de doctrina Chri-
stiana, nec vidisse nec nancisci potuisse? Pagina 128. ad
quam provocas, ejus rei nihil habetur. Sic ajo: *Tria tamen
preme-*

premere nolo, quod secundum ex Augustino locum adductum,
invenire LOCUS DICTO haud potuerim. Alienis procul du-
bio & hic Massonius vidit oculis. Testor, mihi diligen-
tissimè inquirenti, locum illum conspectum non esse.
Qui igitur librum non vidissem? Fidei fuisset iterum
Christianæ locum mihi monstrare, & per crimen falsi id
mihi circa hunc locum affingitur, quod meum non est.
Ubi 4. scriptum est, *me B. Hutteri disputationes nec vidisse,*
nec nancisci potuisse, ut tu consequentiam inde formares?
Fieri id ais p. 165. sed falsus es, monstra verba.

Ais 2. thesi eadem, *me nihil respondisse ad locum Da-*
masceni lib. 4. Orth. fid. cap. 1. & provocas ad paginam 173.
Falsissimum id esse evincit illa ipsa pagina, quæ à te lauda-
ta est. Verba quibus respondetur, hæc sunt: *Dictum fu-*
it 2. Patres óκνοῦντα apparitionem hanc palpabilem tribuisse,
& respondetur à Massonio, quod nesciatur an ullus patrum ita
sic locutus. 2. quod Damascenus non de visione & palpatione,
sed esu loquatur, libro videl. 4. cap. 1. Verum in priori pro-
dit suam ignorantiam. Id ubi ex Cyrillo probavi, nec non
commentario in August. Confess. Calviniano, statim ad-
do: In altero, (Damasceni scil. loco) animum preter fas
& equum exagitandi studiosum declarat. Etenim manus o-
stendere & pedes Patribus idem est, quod manus perforatas
seu cicatrices in latere & pedibus ostendere, ut patet ex Beda
lib. 6. in cap. 24. Luc. August. serm. 147. Epiph. in Ancorato.
Damascen. commentatore in lib. 4. c. 19. Cum verò óμοῦ φερό-
μένως Patres cum Damasceno ostensionem cicatricum ascri-
bant dispensationi, utique & manuum ostensionem dispensa-
tioni acceptum ferent. 3. sub eundem censum & edere & ostendere manus & cicatrices, cum hæc omnia ad probandam
resurrectionem sint adhibita, referuntur à Patribus. Quia
igitur

igitur ipsum edere dispensationi attribuitur, eidem & ostensio
attribuenda erit. Hactenus verba mea, quæ fateor à pro-
positione non nihil sejuncta fuisse, idque ideo, quod pri-
mum membrum prius absolvendum erat, occurrunt ta-
men maximam partem in ea ipsa pagina, reliqua alteri fa-
ciei reservata fuere. Quis igitur adeò tardus ac bardus, qui
non videat, multis responsum esse. Inquis me tacuisse ad
Fulgentij, Damasceni, Beze & Haymonis auctoritates, &
profers pag. 169. Fateor, eà paginà me nihil ad has respon-
dissse auctoritates. Ad respondi p. 166. his verbis: *Nunc &*
testimonia Patrum à Massonio citata pensiculanda sunt. Pru-
ducit verò partim dicta spuria, partim eos patrum, quos mi-
nimi faciunt Calviniani. In reliquis (quorum in censu &
citati modo sunt) fallaciam à dicto secundum quid ad dictum
simpliciter committit. Respondi pag 167. thes. 25. *In reli-*
quis (quos inter Damascenus, Beza, Haymon,) fallaciam
à dicto secundum quid, ad dictum simpliciter commissum esse,
probabimus ex Augustino & Cyrillo, cetera Lectori conside-
randa relinquimus. Adeoq; Massoni nihil respondet, qui
fallaciam & nominat & demonstrat; revoco tibi in me-
moriā verba tua, quæ habes parte 2. pag. 33. *Es meinet*
aber der Doctor/ vnser Dialogist habe auff solche neun zeuga-
nisse nicht geantwort: aber er irret sich. Denn vnser Dialogi-
sta nennet ja außdrücklich Ursinum, Zanchium, Bezam vnd
Zvvinglium, vnd mit einer allgemeinen erklerung giebet
er zuverstehen / was nicht allein selbige scriebenten / sondern
auch andern Reformirten von der mittheilung der eigenschafft
ten lehret. Ais 3. *me nihil respondisse ad Lutheri testimoni-*
um, axiomata Logica apud Hutterum, Mülleri disputatio-
nem de methodo demonstrationis pag. 129. At falsus es animi.
Respondi pag. 128. his verbis: *Liquet hinc, nos 1. non teneri*
ad

auētoritates adductas respondere, cum nihil ad rhombum faci-
ant. Loquantur 2. de rationis ministerio & discursus for-
matione. Agant 3. de istorationis usu, qui est contra negan-
tes scripturam. Hoc cine, Massoni, tibi est, nihil respon-
dere, removeere tanquam ἀδύστεια, quæ scopum & ipsum
κενόμενον non petunt, eaq; declarare? Ais 4. me nihil re-
spondisse ad Mentzeri solennē subscriptionem, ad famigeratum
Wittebergensium syllogismum p. 132. Fateor, nomina me non
expressisse, at non responsum, nego. Ita enim verba li-
neæ primæ sese habent: *Verum de hoc* (an syllogismi scilic.
sint conficiendi & syllogisticè disputandum) *non est contro-*
versia, ut patet ex verbis Dn. D. Hoe adductis. Qui igitur
à statu controversiæ, quem accuratè posuit, removeet ea,
quæ statum non tangunt, eis utique non tacuisse, sed re-
spondisse dicendus est.

Concludam hoc primum membrum, ubi duo tan-
tum præterea notavero crimina in meorum verborum,
citatione commissa: Ait thes. 16. me p. 560. 561. *respuere*
thesin, Malos esse Dei instrumentum. At per crimen falsi
obmittit, id quod caput rei tangit. Subjeci enim imme-
diatè, *dum peccant.* Verba integra hæc sunt: *His adde il-*
los, qui statuunt, Malos esse Dei instrumenta, dum peccant.
Aliàs certè & mali quandoque bene agere depræhendun-
tur, quorū autor DEUS est, qui tanquam per instrumenta
bonum efficit, ut dicetur. Sic circa finem epistolæ ad me in-
quit. *Recognosce verba tua p. 52. Si sublesta semper est fidei, qui*
semel turpem se dat: Quid de Te Wellere futurum est. Verum
Veterator, id ne est bono animo parænesin scribere, omi-
tere per expressam fallaciam, id quod caput rei, & solutio-
nem objecti in se habet? Nigrum te dicent, non candi-
dum, qui judicare poterunt. Sed istud est prudentiæ Cal-
vinianæ,

B

vinianæ,

vinianæ, prævidere scil. de longinquo obfutura, eaq; per
miram *σπεβλότητα* damnare silentio. Verba mea à Te
laudata hæc sunt: *Certè si sublesta semper est fidei, qui semel*
EX MALITIA NB. adeò turpem se dat, nulla Nostro impo-
sterum erit habenda. Vide igitur Massoni tuam egregiam
fidem, quam in exigua epistola nobis demonstraisti, & si
tui similis esse perrexeris, nã egregium nobis fœtum dabis
propediem majorem, cujus spem nuper Wendelinus per
studiosum quendam fecit.

Disputandi
hæc ratio

II.

Christiano
est indigna.

II. *Christiano nomine indigna.* 1. Nomen in polemi-
co hoc scripto & epistola admonitoria reticetur. Quod
esse hypocritarum, malè sibi consciorum &c. Hyperius &
Bucerus Calviniani testati sunt. 2. Ita pueriliter & leviter
adversarius & quidem in ea epistola, ubi dubio procul ma-
gnà industria, maximoque labore (à capite enim usque ad
calcem disputationes evolvit, imò hebdomatim ad se
transferri curavit, sea congescit, in quibus occasionem ali-
quam me exagitandi & Christiano orbi suspectum reddend-
di habere ratus est, se gerit, ut rugas seniles in levitatem &
impudentiam juvenilem abijisse credas. Ait me vocem
Gauckelwerck non ritè latinitati dedisse. Verba germana;
Die wort Gottes von den bildern sind ein gauckelwerck / ma-
lè expressisse, *verba de imaginibus Dei sunt crepundia.* Se-
cutum optimos criticos libr. Tertull. de Trin. inter spuria retu-
lisse; *πρέπειν* esse & decere & convenire. Male parti secunde
reservari locum *Würtembergicorum*: Ad nonnullas, numero
paucissimas auctoritates humanas nihil responsum esse, &c.
Sed quid quæso inde commodi nascitur ecclesiæ? Quod ca-
put religionis tangitur? quì articulus fidei? Sit (ut pona-
mus hæc) *Wellerus* linguarum imperitus, nesciat vocem *Hi-*
strionia, ignoret *πρέπειν* per decere & convenire exprimi, reser-

vet

vet confuse accusationem, quâ premuntur Wurtembergici
 parti secunda. &c. Quid, quæso conscientiam Christianâ, in-
 de mali patitur Christus aut ecclesia, pro quibus unice di-
 micamus? Idne est Christiani Theologi? Senioris, qui se-
 ria tractat? Non nego, tangi hæc potuisse suo loco & tem-
 pore. At ejusmodi puerilia corradere, & ex ijs integrum
 aliquem librum, in quo controversiæ, religionis punctâ
 & gloriam Christi concernentes tractantur plurimæ, su-
 spectum velle reddere, non Christiani, non senis, sed pue-
 ri, sed βωμολόχης existimo, Et judices hic ferrem & Calvinia-
 nos candidiores, annon Paulus λογομαχίας nomine & hanc
 jam olim damnarit epistolam 1. Tim. 6, 4. Benè Danaus
 in commentari f. 535. op. λογομαχίας autem nomine non
 tantum de vocabulis ipsis & vocibus disputationes inutiles da-
 mnat Paulus, sed etiam de rebus, quæ nullius sunt momenti,
 neque ad sustentationem conscientiarum nostrarum, neque ad
 edificationem pertinent. Denique ex quibus nullus fit auden-
 tium profectus &c.

3. *Sophistica.* Siquidem Sophistarum instar in eum fi-
 nem exarata est hæc epistola, ut à scopo ad πείρεγα quæ-
 dam, in quibus sive viceris sive victus fueris, nihil ecclesiæ
 decedat commodo, seducat, & ferias interea paret, in-
 duciasque argumentis & articulis fidei primis, de quibus
 controversiæ terra recipitur. 2. *Fallacijs meris ludi-
 tur*, dum ea præsciuntur, quæ caput responsionis in se
 continent, aut ea tanguntur, quæ non moventur. Duo
 exempla hujus rei dabo. Negaverat Massonius & adhuc,
 ut impudens est, negat, ullum Patrum palpabilem, ut ver-
 ba ex p. 173. repetam, apparitionem Christi οἰκονομία vel
 dispensationi ascripsisse. Probaveram verò ego contrarium
 ex B. Cyrillo, nec non Comment. Aug. Confess. Calviniano

Disput. ad
 vers. ratio
 III. est So-
 phistica.

p. 173. *Posterius præterit ficeo pede: Prius tangit thesi septima. Sed per manifestissimam sophisticam. Id ut solis radijs scriptum habeas, ascribemus nostra verba, subjecturi post Massonij responsionem cum ὁμολογῶν. Verba nostra pag. 173. hæc sunt: Verum in priori (ubi scilicet negat patres ὁμολογῶν apparitionem hanc attribuisse) prodit suam ignorantiam. Sic enim Cyrillus lib. 12. in Job. cap. 53. Ex dispensatione, ait, non in debita sui corporis gloria, sed in prima figura cernebatur, ne aliud corpus, quàm quod de virgine assumpsit, resurrexisse putares. Quod enim OCULIS HOMINUM GLORIA ILLIUS CORPORIS, si explicare eam Christus voluisset, CERNI NON POTERAT, facile intelliges, si transfigurationis non es oblitus. Præterea & in comment. in Aug. Confess. Bremæ edito idem pro Confesso habetur, quando pag. 291. ita scribitur &c. Verba Massonij sunt thes. 7. Neg. etiam ullius Patris testimonium exculpes: quod ostensio manuum pertineat ad dispensationem. Quod autem præponis Cyrillum l. 12. in Joh. c. 53. Ex dispensatione non in debita &c. te ipsum certe refellit. Ait enim Cyrillus, in prima NB. figura cernebatur, ne aliud corpus, quàm quod de virgine assumpsit, resurrexisse putares. Et paulo antè: Itircò latus denudavit & manus clavis perforatas ostendit, ut illud corpus, quod cruci fuit affixum, surrexisse monstraret. Cur enim hæc ostendit, si cum carne propria non surrexit? Nullibi ostensionem carnis manuum & pedum retulit Cyrillus ad dispensationem? Hactenus ille. At fide pessima: Primò enim per suum &c. disjungit conjungenda. 2. Particulam SED, prius membrum negativum excludens, & sub assertionem expressè vocans sequentia, sophisticè omittit. Unde 3. malè concludit, non secus ac si & ego arguerem: Ex dispensatione non juxta naturam corporis glorificati, sed juxta priorem*

NB. Ex dispensatione cernebatur in prima figura, non indebita corporis gloria, qua videri nequit.

priorem formam, libertatem ac potentiam Christus à resurre-
 ctione manducavit. E. Manducatio ista dispensationi non
 ascribenda. Conclusio ipsos Calvin. ferit. Sophisticè
 ergo Massonius nobiscum ludit. Quod verò ait, Cyril-
 lum paulo ante asserere, Christum ideò latus denudasse, &
 manus clavis perforatas ostendisse, ut illud corpus, quod cruci
 fuit, affixum, surrexisse monstraret, id nos 1. non tangit, qui
 idem concedimus, nec 2. videmus, quâ consequentia ad
 hoc controversiæ punctum id revocari possit. 3. ostendere
 manus clavis perforatas *οικονομία ὁμοιωμάτων* à partibus as-
 cribitur, ut nos p. cit. probavimus. 4. Non tantùm, ait B.
 Cyrillus, corpore suo apparuisse Christum discipulis, monstras
 seq. manus perforatas, ut idem corpus resurrexisse haberent,
 quod cecidit, sed immediatè, quod non tangit adversarius
 addit: Quid quamvis tempus jam esset, in quo ineffabili glo-
 ria (quam oculis hominum videri haud posse modò dixē-
 rat) corpus suum apparere deberet, apparuit tamen per dispen-
 sationem NB. quale prius, ne aliud corpus esse videretur, quàm
 quod de ligno pependit. Vide dispensationi ascribitur appa-
 ritio, dispensationi defertur corporis qualitas, cujus ultima
 non est videri actu secundo tangiq;, cùm idem quidem
 specie corpus resurgat numero, qualitatibus tamen orna-
 tum diversis 1. Cor. 15, 35. 43. 44. & seqq. Nec tamen vere-
 tur adversarius eâ negare. Novaveram 2. errorem in ver-
 sione Damasceni in voce *θεοπρεπής* quæ male reddita, Quæ
 Divinitati conveniunt, p. 173. Quid ad hæc Massonius?
 Ait thes. 2. *πρεπένε* esse decere & convenire, provocatq; ad H.
 Steph. Lutheranos, Damasceni interpretem &c. Nempe
 hic Wellerus vapulandus affatim & in Scholam Abecedari-
 am denuò detrudendus, ut discat, quid sit decere, quid
 convenire? ut origines evolvat. Sed heus bone vir, So-
 phistam

phistam agis. Non vocem conveniendi, sed Divinitatis reprehendi. Hic tu mihi dicas velim, an inter Θεός & Θεότης, Deus & Deitas, nihil sit differentiae, & vice-ris? Hanc vero merespexisse, ex sequentibus latere te non potuit. Ita enim in quio p. 169. In Damasc. testimo-nio male redditum est τὰ μὲν εἰσὶ Θεοπροσπῆ ὡς τὸ βαπτίζοντες, quae divinitati conveniunt, cum potius, partim sunt Deum decentia, partim hominem. Inter quas loquutiones nihil esse differentiae nemo asserit. Hoc enim sensu recte dico: σωσαι τὸν ἄνθρωπον ἐστὶ Θεοπροσπῆς hominem liberare Deum decet, à quâ liberatione humana natura non excludenda est, quae ideo λογωθεῖσα Θεωθεῖσα καὶ ὑποστῆσι ἐν αὐτῷ τῷ λόγῳ apud Damasc. lib. 3. cap. 2. 15. c. 4. 19. dicitur, ut εἰ ἐὰ, quae ἀπὸ μὲν τῆς Θεότη- τος καὶ τῆν ἁφῆκα Θεωρῆται à Deitate sunt, circa carnem per communicationem videlicet considerentur.

Disputandi
adv. ratio
IV. est Ar-
tis Nestori-
anae aemula.

4. ARTIS NESTORIANÆ AEMULA. Conqueritur Cyrillus de Nestorianis, quod quamvis aperte oppugnent, tamen sub amicitiae nomine insidias ponant. Eadem & lucifuga nostro est indoles. Praetendit bonum animū: Praetendit ἀδελφίνεσιν & nullibi nō sophisticè verba mea mutat, ut habeat quod redarguat, & quo ipse denigret. 2. Cōqueritur, quod voces tantum arrodant. Sic n. σύνοδον τὴν καθ' ἑνωσιν Φυσικὴν anath: 3. unionem secundum hypostasin anath. 2. verbum factum est, εἰς c. allatrant. Ita & Masson. aucupatus est aliquot syllabas, (crepundia Θεοπροσπῆς, &c). quibus me premeret. 3. Conqueritur Cyrillus in defens. anath. 4. contra Orientij fol. 335. morem fuisse Nestorianizantium, transilire utilia εἰς necessaria ad demonstrandum dogmatum rectitudinem, insilire autem supra modum atrociter, si qua ipsis vel minimam conjecturam praeberet videantur, unde calumnias texi posse existimant. Similem in modum & Massonius, furda

surda aure prætervectus ea, quæ diximus, de scriptura in rebus fidei sufficientia, de Dei Omnipotentia, Immutabilitate, Bonitate, Justitia, Immisericordia, meriti Christi amplitudine &c. levissima quædam tangit, ubi occasionem redarguendi invenisse existimat. Hactenus in genere.

Sed nunc ad examen speciale. Dividitur epistola in *Proœmium, XVI. theses & Epilogum*. In *Proœmio* duo traduntur. *Primò*, ait, *me nimis serò & post festum venire*. At fat citò, si fat benè. Tuam, Massoni, Anatomiam Anno 1635. circa festum Joannis primum videre mihi contigit, nec quando primo lucem aspexisse dicitur, ego trivialibus exieram, ne me integros illos quindecim annos, quos ita computas, tribuisse refutationi tuæ erres. In eo tamen laudandus mihi, quod anatomiam tuam officio suo nunc defunctam esse confiteris. Nempe officium ejus fuit, *omittendo antecedentia & consequentia alienum sensum bonis affingere, per crimen falsi autoribus ascribere, quod ne per febrim somniarunt, male vertere latina in germana &c.* ut glaucoma imponeretur lectori, qui tot libros non habet, & si habet, evolvere haud potest. Eo igitur nunc est defuncta. Detracta ei est larva, fraus detecta, ut nunc misera jaceat, spreta contempta. Vin exempla, Dabimus ex magna segete duo: *Bis provocas ad epistolam Rostockiensem*. Verùm hi expressè literis publicis testati sunt, se libellum istum pro suo non posse ullo cognoscere modo, *Sondern müssen/ ajunt, den anstifter vnd den verorsacher solcher verfälschten edition für einen falsarium vnd verleumbder halten*. Vide pag. 70. & 71. in *Anti Massonio primo*. Hoc igitur munere defuncta nunc est, nec lectori imponet ulterius, cum larvam nos detraxerimus. Scripserat D. Meisnerus: *Deus ipsum malum sub ratione mali avertatur, utilem tamen istam exsecrationem, que*
vel

Examen
thesium
speciale.

NB.

*vel probatio priorū vel poena est impiorum, minimè adversatur
 sed seriò vult atq; expetit. Hæc verba, Massoni, ita pervertisti,
 p. 253. Darumb will vnd begehret Gott ernstlich utilē ἐκβασιν.
 Das ist/ die nützliche vbertretung? Ubi apud ullum Græcorū
 legisti, ἐκβασιν idem esse, quod ἁμαρτία ἢ παρεκβασιν?
 Et si vel maximè apud Græcos eam quandoque haberet si-
 gnificationem, certè hic ea locum propter contextum ha-
 bere non posset, ut demonstravimus p. 623. 624. Crimi-
 na circa B. Lutherum, Lælium, B. Wellerum & alios com-
 missa, nunc non tangemus. Sint igitur ex tuis qui anatomi-
 am istam magni fecerint. Æstimetur in tuis scriptis,
 quæ hæctenus, nunc sub hoc nunc sub isto nomine, in per-
 niciem ecclesiæ protrudisti: Habeant roboratas quasi
 suas ἐννοίας Calviniani: Ea omnia non miramur, & gracu-
 lus graculo assidet, ac falsitas quandoque adeò altas agit ra-
 dices, ut nulla patiatur, se sede sua dimoveri, ita ut pro-
 pter roboratas suas ἐννοίας Judæi ipsi Spiritui sancto ἀντι-
 πτείν Act. 7, v. 57. contradicere & βλασφημεῖν cap. 13. v. 45.
 non veriti sint. Ait 2. *Disputationes meas non omne tulisse
 punctum. Discusserunt, inquit, ad me theses tuas juniores
 in auditorio Academico, & post vellicationes, velitationes,
 altercationes, etiam condemnationes (neq; enim aliter con-
 stant hæc sacra) concluderunt pro Preside & quidem omnia sub
 ipso preside. Anne ideo verè & sincerè omnia? Nemo (vel Te
 iudice) sane mentis dixerit. Respondeo; Judicem adver-
 sarium, qui falsis tantum litigat, non agnosco, sed ecclesiæ
 id muneris defero. Interim quis ita insaniret, ut inde om-
 nia rectè se habere concluderet, cum publicæ disquisi-
 sitioni disputationes fuerint subjectæ. Noveris tamen
 Massoni ab ejusmodi junioribus theses meas esse discus-
 sas, quorum nonnulli summis in Theologia honoribus
 digni**

digni habiti sunt, nonnulli ad vineam Domini plantanda
dam emissi, Superintendentium ac Inspectorum munere
funguntur, quos tecum & cum Tui similibus aperto com-
mittere Marte nullus dubitarem.

I. Haftenus de proœmio. In tractatione ipsa quere-
ris. 1. *me modestiam promittere, ejus tamen leges violare, cum
in omnibus ferè thesibus insonent hæc verba: vanitas, levitas,
mendacium &c.* Respondeo scapham scapham nominare
non est, leges modestiæ transgredi, sed veritatis tramite
incedere, vestigiaq; Spiritus S. sequi, qui falsa, impia, confi-
cta, falsitatis, impietatis, mendacij accusans, adeò non
transgreditur modestiam, ut potius pater veritatis & mo-
destiæ sit. Demonstres igitur Massoni in ulla thesi inso-
nuisse verba, vanitatis, mendacij &c. ubi mendacium &
vanitas apud vos non regnant, & errasse me confitebor.
2. Ais, eadem thesi, *me nihil respondisse* p. 173. 169. 129. 132.
At Pauli præcepti hic planè oblitus es, si unquam meministi
Colos. 2, 9. μή ψεύθετε ἀλλήλους, uti evictum. Et culicem
sugens, deglutis camelum. Plus enim quàm quinquagies
nihil omnino te respondisse probavi, quæ tu masculè præ-
teris, & mihi tria vel quatuor, conficta tamen planè exag-
gerare non erubescis. Nempe fuit aliquid contra Welle-
rum procedendum, ne tacuisse videamini, ut ut de indu-
stria essent conficta omnia. Ais. 3. Confiteri me, quod quos-
dam libros haud viderim nec nancisci potuerim.

Exempli loco, adducitur pag. 49. 56. 71. 128. 165. 574.
Sed. 1. Duobus saltem exceptis, reliqua fallunt, ut diximus.
2. Malitiosè id quod candoris est, vitio ascribis. Ingenuè
fateor, te mihi non planè nihil peperisse laboris, non qui-
dem argumentis, ea enim solutu fuerunt facillima, sed
librorum citatione falsissima. Unde te sæpè alienis ocu-

C

lis

lis videntem in viam deduxi, quandoque tamen utut diligentiæ nihil residuum fecerim, locum invenire haud potui. Sed tantumne id scelus est, tantum peccatum, ut inde publicè postulandus? Ut inde oppido appareret, quàm facilè contra me, quod objiceretur, Calviniani invenirent? Verùm telum hoc in me retorquere satagis. Tantò, ais, pejus: quod insuper insultans (p. 131.) novam fraudem Massonio objicias, sribenti: *Se verba ista (nec pietas erga Deum sine contemplatione naturæ constare potest) non potuisse invenire. Nonne ipse sæpius confiteris Wellere?* Sed 1. Massoni, Non ideò fraudis postularis, quod quereris, *Te hunc vel illum locum non potuisse invenire*, sed quod illum negas te vidisse & invenire potuisse, cujus immediatè antecedentia hac ipsa paginà & laudas, & ex quibus locum objectum declarare conaris 2. quod ipsius Keckermanni provocatione ad paulò antecedentia susque deque habita, antecedentia tamen non evolveris, quamvis ea non potueris non evolvifse, cum ex illis hunc locum explicare præsumas. Quod ut cuivis legenti eò melius appareat, ascribemus. 1. Verba Nobilissimi Nostri Theologi. 2. Keckermanni. 3. Massonij: Verba Theologi nostri Senioris in der wolgegründeten Verantwortung pag. 36. hæc sunt: *Eben der Keckermannus schreibet zum vierdten / daß durch die Philosophi in uns erwecket werde die Gottseligkeit / die verehrung vnd anrufung Gottes / vnd könne die andacht gegen Gott nicht bestehen / ohne die betrachtung der Natur.* Keckermanni verò Verba hujusmodi sunt loco dicto p. 80. *Ex cognitione autem ista Naturæ & virtutum divinarum, amor & dilectio Dei mirificè in nobis accenditur & augetur per Philosophiam. Hoc præcepto docemur Philosophiam non tantum conducere ad nudam contemplationem, sed etiam efficacissimè moderare mentes nostras*

nostras ad pietatem & cultum Dei, idq; per regulam Theologo-
 rum: Tantum diligimus, quantum cognoscimus. Unde sequi-
 tur, quia per Philosophiam in mentibus nostris exoritur illu-
 stris divina natura & virtutis cognitio, etiam per eandem in
 nobis excitari pietatem, cultum, honorem & invocationem
 Dei: id quod Cic: memorabili sententiâ paulò ante à nobis ci-
 tata agnovit, & confessus est: Confessi sunt etiam alij ab
 omni aeo cordati scriptores Philosophi & Theologi, &c.
 Ciceronis verò sententia, ad quam hic provocat, pag. 78.
 habetur. Ita inquit: Id quod Apostolus gravissimis verbis
 docet Rom. 1. v. 20. Dei, inquit, invisibilia jam inde à condito
 mundo ex rebus factis pervidentur; eterna videlicet, ejus tum
 potentia tum divinitas. Hinc illud pulchrum Basilij, cum mun-
 di domicilium vocat παιδευτήριον τῆς θεωγνωσίας καὶ ψυχῶν λογι-
 κῶν διδασκαλείον. Et Cic. ipsius pia ac memorabilis sententia
 est. Nec pietas inquit, erga Deum, nec quanta huic gratia de-
 beatur sine contemplatione naturæ, constare potest.

Hæc
 verba
 citan-
 tur, ac à
 Maïs. omit-
 tuntur.

Hæc Pauli
 verba ad
 versarij vi-
 dit, citavit.
 Sic &
 Basilij sen-
 tentiam
 hanc ex
 Keckerman-
 no pro de-
 clarando
 Keckerman-
 no adduct.
 Mirum igitur
 quod
 Ciceronis
 hæc verba
 immediatè
 apposita non
 viderit.

Massonius v. p. 58. & 59. ita ait: Zum dritten anlangend den
 2. spruch Keckermanni præcog. Phil. p. 80. So wird er gar
 leichtlich aus dem/was ist gesagt ist/verstanden. Vollkômlich
 lautet er also: Ex cognitione ista naturæ & virtutum divinarū
 amor & Dilectio Dei mirificè in nobis accenditur & auge-
 tur per Philosophiam. Hòc præcepto docemur Philosophiã
 non tantū conducere ad nudam contemplationē Dei, sed
 etiam efficacissimè movere mentes nostras ad pietatem &
 cultum Dei, idq; per regulam Theologorū: Tantum diligi-
 mus, quantum cognoscimus, &c. Da siehet ein jeder/ das
 Keckermannus redet von dem buch der natur / oder von der
 Philosophi / welche eine betrachtung dieser natur ist / das wir
 auch Gott den HERRN daraus erkennen / vnd durch solche be-
 trachtung der natur mehr bewogen werden / Gott den HERRN

NB. Hac
cum videris,
sur imme-
diatè se-
quentia
ne obrulis
quidem in-
tuitus es
oculis?

Pag. 219.

zu lieben/ zu ehren/ vnd anzuruffen. Darauff ziehet er an Le-
dovicum Vivem pag. 81. vnd furh zuvor pag. 78. setzet er dem
spruch Baslij, der diese wort nennet παιδευτικόν τῆς θεογνωσίας
καὶ ψυχῶν λογικῶν διδασκαλείον. Item: Er setzet den spruch
Pauli Rom. 1. 20. denn Gott hat es den Heyden offenbaret das
mit/ das Gottes vnsichtbares wesen/ das ist/ seine ewige krafft
vnd Gottheit würde ersehen/ so man das wahr nimbt an den
wercken/ nemlich an der schaffung der Welt/ also das sie kei-
ne entschuldigung haben/ dieweil sie wüsten/ das ein Gott ist/
vnd haben ihn nicht gepreiset als einen Gott. Eben das ist
auch die meinung Keckermanni.

Ascribam autem & meas responsiones, ut lector e-
gregiam sophisticam aduersarij videat. Ita aio p. 129. Nunc
est alterum Keckermanni testimonium videndum erit, de
quo Dn. D. Hoe sic ait: Eben der Keckermannus schreibt
4. das durch die Philosophi in vns erwecket werde / Gottselige-
keit/ die verehrung vnd anruffung Gottes/ vnd könne die An-
dacht gegen Gott nicht bestehen/ ohne die betrachtung der na-
tur. Ad qua Massonius noster respondet. 1. locum integrum ad-
ducendo. 2. eum declarando. Verum egregie sophisticaturus hic,
ut non possim non mirari hominis summam imprudentiam, si qui-
dem verba controversa plane omittit, et precedentia tantum
laudat, sic ait: vollkômlich lautet es also: Ex cognitione ista
nature et virtutum divinarum amor et dilectio Dei mirifice in
nobis accenditur et augetur per Philosophiam. Hoc precepto
docemur, Philosophiam non tantum conducere ad nudam con-
templationem Dei, sed et efficacissime (Scriptura hæc nunquam
dicit neque ullus Patrum) movere mentes nostras ad pietate-
m et cultum Dei, idque per regulam Theologorum, tantum dili-
gimus, quantum cognoscimus, &c. (Nunc sequuntur verba im-
mediate, ad qua noster Theologus respexit, et qua Massonius
plane omisit.) Unde sequitur, quia per philosophiam in mentibus
vostreis

Pag. 19.

nostris exoritur illustris divinae naturae & virtutis cognitio, et
 iam per eandem excitari in nobis pietatem, cultum, honorem,
 ac invocationem Dei. Id quod Cic. memorabili sententia pau-
 lo ante à nobis citatà agnovit & confessus est. Ciceronis vero
 verba pag. praecedenti adducta à Keckerman. haec sunt: Nec
 pietas erga Deum, nec quanta huic debeat gratia, sine con-
 templatione naturae constare potest. Ex recensione hac quivis
 judicet, de candore hominis Calviniani, & annorum denuo vi-
 ctoriam ab Adversariis Dn. D. Hoe reportavit. Argumentor
 vero ex verbis hunc in modum: Quicumque asserit, quod per
 philosophiam illustris in mentibus divinae naturae & cognitio-
 nis lux exoriatur, quod per eam excitetur pietas, cultus, ho-
 nor & invocatio Dei, adeò, ut nec pietatem absque contem-
 platione hac subsistere posse existimet, is certe solo Dei Verbo
 nos esse fundatos in rebus fidei haud concedit. De Kecker-
 manno verum prius. E. & posterius. Sed excipit, Kecker-
 mannum de libro Natura, quod & exinde Deus cognosci possit,
 Rom. 1, 20. Psalm. 19, 1. verba facere, inq. eum sensum autori-
 tatem Lud. Viv. & paulo ante Basilij adduxisse. Verum e-
 nim vero & nos largimur esse Deum, ἀπὸ κτίσεως κόσμου Rom.
 1, 20. cognosci, inq. hoc sensu auctoritates adductas veras esse, ni-
 bilominus tamen jure negatur, quod cognitio ista 1. sit illustris.
 2. quod sit illustris cognitio divinae naturae (θεϊότης & θεότης, quo
 posteriori utitur Paulus, multum differunt, quod Patrum
 & nostrum, si id negaverit, docere Polanus l. 2. Synt. c. 5. pag.
 135. Zanchius l. 1. de nat. Dei & alij poterunt) 3. quod verus
 Dei cultus & invocatio adeo per eam accendatur, ut absque ea
 nec subsistere quidem possit, quod neminem orthodoxorum
 concessurum existimo. Verum hic nova fraus Masonij pro-
 palanda est. Queritur, se verba ista: Und könne die An-
 dacht gegen Gott nicht bestehen / ohne betrachtung der Natur /

non potuisse invenire. Nempe Massoni, quia nimis crudasunt, quia sunt hominis Ethnici, ad cujus testimonium, tanquam memorabile à se productum Keckermannus provocat, igitur ea videre non potuisti: Bene factum! Legas tantum pag. 78. testimonium Basilij παιδευτήριον τῆς θεογνωσίας καὶ ψυχῶν λογικῶν διδασκαλείον à te hic pro excusatione Keckermanni productum, & habebis immediatè verba Ciceronis (nec pietas erga Deum, nec quanta huic gratia debeatur, sine contemplatione naturæ constare potest) apposita.

Unde hominis Calviniani conscientiam aestimes lector.

1. Ne digito quidem extremo syllogismum meum invictum tangit, qui rem concernit, sed πείρεσθαι quædam.
2. Non movet id, quod de ethnico, quod de nimis crudis, quod de Basilij testimonio ab ipso adversario laudato, cui immediatè verba Ciceronis sint annexa, dictum est. Neque 3. solvit, quod de illustri divinæ naturæ cognitione monitum. Neque 4. audet negare nunc, verba ea Keckermanni esse, nihilominus ad ea magis mutus est, quàm piscis. Solummodò ait, se negasse prædicta verba p. 80. inveniri. Bene factum. Aut igitur ea vidisti aut non Massoni, Si vidisti, ubi conscientia? cur adversarium non monuisti de errore in pag. commisso? cur non respondisti? Candoris & Christiani fuisset, lecta non suppressere, sed candidè respondere. Sicut ego hinc inde autorem in viam deduxi, graviter in citatione B. Lutheri, Patrum & aliorum aberrantem. Si non vidisti, quomodo quæso immediatè planè antecedentia legisti, expendisti, descripsisti, nec tamen ea quæ in contextu cohærent? Quis tibi Massoni credet, te pag. 78. legisse apud Keckerm. verba Pauli Rom. 1, 20. legisse dictum Basilij, nec tamen piam ac memorabilem (ethnici scilicet hominis) sententiam? Quocunq; te vertis, Masso-

ni, ca-

ni, captus es, conscientiam pessimam agis. Sit erratum in pagina. Monstravi tibi eam. Cur non respondes? Tu ipse non potuisti non verba illa meminisse, cur de errore in pagina non monuisti? Nempe prudentiam habetur, ulcus suppressere, ut Christianus fallatur! Satis fuit verò nobis hanc laudasse paginam, ubi ipse autor ad antecedentia lectorem remittit. Pergis, quod etiam addis pag. 130. Massoniam verba (unde sequitur, quia per philosophiam in mentibus nostris exoritur illustris divinis nature & virtutis cognitio &c.) plane omisisse: iterum peccas. Quippe Antagonista p. 36. (provoco utrimque ad ἀποφύλακτον) illa ipsa verba non attigit usquam. Sophisticè. Iterum conscientiam tuam appello. Per Tuum enim post cognitio &c. omittis verba immediate sequentia: Excitari in nobis pietatem cultum, honorem ac invocationem Dei &c. quæ certè verba in responsione tua tacta non sunt & hic per &c. denuò abscinduntur, ne lector fraudem percipiat. Interrogo omnes Christianos, imò & Calvinianos, annon verba vernacula durch die Philosophi werde in uns erwecket die Gottseligkeit/die verehrung und anrufung Gottes / equipollean & directè respondeant Latinis, à nobis modo productis, à Massonio verò & in anat. & in hac epist. quò lectori glaucoma objiceretur, omisissis. Quod verò ait, me ipsum non ausum fuisse dicere, verba ea esse allegata. Respondeo verba Prototypa in originali non esse allegata, sed sensum, & ulteriorem ἐξήγησην lectori relictam, concedo. Verùm quæ verba tangantur, res ipsa clamat. Ait 3. Eadem iisdem aut similibus verbis docere D. Jac. Martini. Verùm, Massoni, nihil frontis tibi reliquum facis. 1. Ubi est quod Pietas erga Deum sine philosophia subsistere nequeat? Ubi quæso exoriri per philosophiam illustrem divina nature cognitionem? Ubi meritissimus

simus

Amus noster Theologus habet, quod sana ratio & natura nos compellat ad Deum amandum &c. quæ tua sunt verba. Ubi conspicitur, illa efficacissima ad pietatem motio? Illud tantum video probari, sanam rationem deducere nos in Summi Boni amorē. At verba hæc æquipollere Keckermanni, nego. Et hic omnes cordatos iudices feram, annon Massonius conscientiam planè exuerit, dum & hic verba à Nobilibs. nostro Theologo D. Hoe citata præterit eaq; per suum &c. planè à præcedentibus sequestrat, & ut est impudentiæ, ad *αυτοψίαν* insuper provocat. Videant quæso ipsi Calviniani & propter DEUM probè hæc expendant. Animadvertent hinc quanta fide antistites ipsorum tractent Theologica, & quàm curæ ipsis sit pietas, candor, ecclesiæ salus. Nempe senes quandoq; bis pueri, excæcati imprimis *Φιλαυλία*, quam tanti æstimant, ut Christi vix in censum referant.

III. Pergis thesi III. *Inter spuria*, inquis, *annumeras pag. 166. Tertulliani scriptum de Trinitate. Sanè quid de eo Pamelius, Bellarminus & alij sentiant, bene novimus. Verùm* 1. expressè *Robertum Cocum*, testem domesticum, nec non *Hieronymum*, quos laudavi, qui Novatiano hæretico librum istum ascribit, nominare non audet. His igitur prius respondeat, quàm nudè asserat, librum hunc Tertulliani esse. Ait, *convenire cum stylo Tertulliani*. Negat id Patrum doctissimus *Hieronymus* contra *Ruffinum*, cui istum opponimus. Negat *Laurentius* vir in linguis peritissimus, quibus majorem fidem quàm Massonio, habemus. Ait, *Lutheranos allegare sub nomine Tertulliani*. At 1. Nullos meminit. 2. Alibi diximus, distinguenda esse & tempora & loca. Panegyricè quandoque & ea Patribus ascribuntur, quæ non prodidere, quod in accuratiori

ἱξετάσει

ἐξερῶσι Theologica fieri haud debet. *Baronio* opponimus *Cocum*, *Bellarminum*, & alios. Et sit tandem ita, seductus auctoritate Criticorum, errarim, quod tamen nego. Tantumne crimen iterum commissum est, ut peculiari epistola inde fuerim compellendus? Itane suspecta ero fidei, si in historia & libri cujusdam dijudicatione fuerim lapsus? Qui articulus fidei, quæ capita religionis hic periclitantur? DEO nunquam sat agere gratiarum poterò, quod diligentissimè & scrupulosè dubio procul omnia inquirendo, convasando, perlustrando, levia hæc tantùm notare habueris, *Victoriæ* & conscientiæ cauteriata signa, quis hæc non duceret?

IV. Scripseram de Origine, quod si quaedam inter errores collocaremus, debere nos vel Calvinianos absolvere. Notaram unà, locum mutilatè produci à *Massonio*, qui integer nobis non contraeat. Consequentiam probavi inde, quod pro impurissimo scriptore, qui bona conscientia, ne collocari quidem possit inter illos, quos imitari velint, PRO ELECTO DIABOLI ORGANO, APOSTOLICÆ DOCTRINÆ evertendæ destinato &c. habeant Calviniani, *Beza*, *Scultetus*, *Calvinus*, *Chamier*. Et respondet *Massonius*, concedi aberrasse Originem, interim adduci, prout pie antiquitati consentiat. Verùm
1. Cur omittit istud, quod dictum de corruptione. 2. Cur ad argumentum non respondet, quod non nostrum, sed *Chamieri* est. 3. Non scripsi tantùm errare, sed quod gravissimè invehantur in ipsum Calviniani, quorum nomina silentio damnat. 4. Consensum Calvinianis cum Antiquitate denegamus. 5. Ergò numerum saltem ut augeat, non auctoritatem, productus fuit. Sed ait, *Latberanos* & me bodiè ipsum allegare. Resp. Noverit autor 1. Distinguedum esse inter rationem respondendi κατ ἀλήθειαν καὶ κατ ἀνθρώπου

ἀιθρωπον. 2. Nostri in ipsum non ita invehuntur, ut *expressum Diaboli organum* nuncupent. 3. Adducitur in illis, ubi purior, ubi nec adversarij dissentire possunt, ubi Scripturæ consentit.

V. Thesi quinta ait, *me non posse ex Augustino demonstrare presentiam carnis, esse visibilem, humilemque Christi in terra conversationem.* At 1. probavi id pag: à Massonio laudata 167. *ex tract. 94. fol. 272. Tract. 95. fol. 475. 476. tract. 110. Tract. 64.* quæ loca omnia surda præter navigas aure, Massoni, nec vel digito tangis. Probavi idem *disput. 2. in parte 2. ex Tract. 27, & fuse à pag. 87. usq. ad 99. de Augustino* egi. Verùm, *opponit nunc alio loca Augustini.* At 1. Opponere non est respondere. 2. Omnia hæc loca parte secundæ pag. 320. 322. ubi respondendum nobis erit, jam olim asignavit. Interim in antecessum sciat lector, *non concludi id, quod concludendum.* Nulli enim negamus, *corpus suum Christum intulisse celo, ivisse per id quod homo fuerit.* At consequentia falsissima est. *E. presentia carnis apud Augustin. non notat humilem, visibilemque Christi in terra conversationem.*

VI. Ais, *improvidè me agere, citando Cudsemium & Fevardentium veritatis hostes.* Resp. 1. In eodem igitur luto & tu hæres, qui Lombardum, Thomam, & quidem sub Patrum nomine, laudare haud erubescis, ut alios Jesuitas taceam. 2. Cur Cudsemij, qui à vobis defecit, relationem non refutastis, si injuriam fecit. 3. Et hostes veritatis citari possunt, sed ita, ut vel fides sit penes referentem, vel eatenus, quatenus cum aliis consentiunt, nec habent contradicentem. Unde miror 4. quod exprobet istud, in quo me candidè agere, omnino existimo. Scripseram pagina 49. Imò quod gravius, *Calvinus, SI FERVARDENTIO in Theomach.*

Theomach. Calvin. l. 7. c. 13. FIDES ADHIBENDA, in c. 20. Act. scribit. nimio popularium suorum amore in stolidam indulgentiam Jacobum incidisse, dum legis quasdam ceremonias vitioso & superstitioso zelo retinuit, vota superstitiosa probavit, & in earundem culparum consensionem Paulum induxit. Vides candorem. Ipsum Calvinum haud vacabat evolvere. Ne igitur ignota scriberem, testem proferebam, sed ita, ut fidem expressè referenti deferrem. Conscientiam hic meam appellat homo absque conscientia. Ac quamvis Fevartentij patrociniū non suscipio, fraudem tamen adversarij aperiam. Ait Calvinum, non Jacobum, sed seniores ponere, qui ad stultam indulgentiam fuerint delapsi. Respond. Calvinus, & Jacobum & Seniores ponit. In Commentario enim super acta Apostolorum cap. 22. vers. 21. fol. in operibus 185. ita inquit: Non dubium est, quin Jacobus & Collegæ conati fuerint tueri Pauli famam, & mendacia, quæ ejus existimationi nocebant, & diluere, obstare tamen nequeunt, quin Paulus malè audiat, nisi forte ab initio dum gratificari volunt suis popularibus, nimis fuerint remissi, ut postea non essent liberi. Hinc eodem folio vers. 22. ait: Interea videmus, quam se modeste gesserint seniores in fovenda concordia, dum populi offensam mature preveniunt, nisi quod ejus infirmitati nimis forte indulgent votum à Paulo exigentes. Unde vers. 23. Videtur equidem, ut nuper attigi, seniores nimio gentis suæ amore ad stultam indulgentiā delapsi fuisse. Sed liquidum ejus rei judicium ex circumstantiis pendet &c. Quinā sunt illi seniores, quos nuper tetigerat, nempe Jacobus & Collegæ, sive illi, qui v. 22. dicebant, omnino oportet convenire multitudinem, ex quorū numero Tu Jacobum nunquā excludes? In reliquis quid scripserit Fevardentius, quid non Jesuitæ respondeant.

Mihi hinc nec feritur nec metitur, qui tantum Christianum interrogo, ac existimet adeo à me hinc iterum esse peccatum, ut publico exponendus fuerim. Nempe ruinalibro me hinc timenda erit maxima, quum habeant adeo fallè, quod regerant adversarij, nodum in scirpo quærentes.

VII. Pergis: *Verba*, inquis ad me, *tua* (pag. 173.) *sunt*: *Cum Patres cum Damasceno ostensionem cicatricum ascribant dispensationi: Utique & manuum ostensionem dispensationi acceptam ferent &c.* Hæc consequentia nulla est. Nam cicatrices sunt accidens. Manus & pedes sunt partes integrales corporis humani, & ita spectant ipsam essentiam hominis. Resp. quod per crimen falsi immediatè antecedentia, quæ consequentiæ rationem continent, omittas, & sic indutus persona parænetici, falsatoris geras. Verba mea hæc sunt pag. 173. Etenim manus ostendere & pedes patribus idem est, quod manus perforatas, seu cicatrices in latere & pedibus ostendere, ut patet ex Beda lib. 6. in cap. 24. Luc. August. serm. 147. Epiph. in Ancorato. Damasc. in cōmentatore in lib. 41. c. 19. *Cum v. οὐο φεγδμενωσ Patres cum Damasceno ostensionem cicatricum ascribant dispensationi, utique & manuum ostensione in dispensationi acceptam ferent. 3. Sub eundem censum & edere & ostendere manus & cicatrices, cum hæc omnia ad probandam resurrectionem sint adhibita, referuntur à Patribus. Quia igitur ipsum edere dispensationi attribuitur, eidem & ostensio attribuenda erit. Hæc ibi. Et cum his consentit Aretius, qui in cōment. super Lucam f. 406. in hæc definit. Quarto re ipsa exhibet sese palpandum, & manus ac pedes, hoc est, cicatrices in illis monstrat. Hinc argumentor. Quibuscumq; manus ac pedes ostendere idem est, quod cicatrices in manibus & pedibus ostendere, illis utique si hoc ascribitur dispensationi, & istud eidem ascribendum erit. Re n. quæ sunt eadem*

eadem, eadem etiã habent & patiuntur prædicata. Sed Patribus manus ac pedes ostendere, idem est, quod cicatrices in manibus E. Cœterum manus & pedes esse partes hominis integrantes, jam in scholis novimus, ne nos doceas. Spectare verò ipsam hominis essentiam, ego non dixerim. Ita enim truncatus manu vel pede, non homo foret, cùm parte essentiali, careret. Ac de his Philosophi. Reliqua supra tacta sunt in responsione generali.

VIII. *Involvis te ipsum* (ais ad me lucifuga thes. 8.) scribis enim pag. 172. quod non directè & primo corporis sui præsentiam Luc. 24 probare voluerit Christus Et pag. 176. veritatem corporis Christum unà demonstrasse non negatur. Sed id primo ostendisse. Verùm paulo ante pag. 171. veritati manum porrigis. Scopus (inquis) Christi fuit, discipulis se vivum ostendere, eaq; manifestatione se revera resurrexisse demonstrare. Inde concludimus: Scopus Christi fuit discipulis se vivum ostendere, & ita demonstrare, se revera resurrexisse. Ergo directè & primo præsentiam & veritatem sui corporis redivi-
vi demonstravit. Quod enim ratione scopi fit, id directè ac primò fieri solet. Hinc ipse Dominus vers. 39. Videte manus meas & pedes meos: nam ego ipse sum: contrectate me & videte. Ergo ita veritatem sui corporis ostendit. Inde sequitur negatio. spiritus carnem & ossa non habet. Verùm 1. Nihil dicam, quod cogatur resolutionem meam intactam planè relinquere adversarius, sicque silentio suo approbare: sed 2. istud solum homini in aurem suggero, hac ipsa paginà à me esse responsum. Ita inquit. Patet hinc 2. quod medium conclusioni inferentes Calviniani male disputent. Conclusio Christi est. Ergo vere resurrexi & vivo. Hanc ut probet hæc adhibet media 1. Loquitur v. 38. 2. manus & pedes ostendit v. 39. 3. Comedit. 4. Scripturam proferit

Et. Veritatem igitur corporis non conclusioni, sed medijs intulit. In argumento igitur adversarij nervus plane est dissolutus, & plus in conclusione, quam in promissis. Nec ulla est consequentia: *Christus demonstrat se revera resurrexisse & esse vivum, E. Conclusioni inferendum Verum & naturale corpus habeo.* Hoc enim ut medium, per quod conclusio obtineretur, sensibus externis jam erat probatum. Ludit igitur sophisticè in terminis. Scopus mihi dicitur conclusio prima, cujus ob gratiam media adhibentur. Adversarius vocem latius extendit & media pro conclusione, confirmanda adducta, isto nomine designat, faltem ut habeat, quod dicis gratia in me repræhendat.

IX. At nunc falsitatis me postulat. Scripseram p. 799. *Nec tangam, quod ad id angustia adversarij in colloq. Maulbrunn: per declarationem nostræ sententiæ adducti fuerint, ut ipsimet faterentur, sed disputando non posse progredi, eo quod existimarint, aliam & quidem absurdiorē aliquam doctrinam, quam ipsi animo, sed falso, conceperant, à nostris defensum iri.* Respondet nunc Massonius, *me ex hypothetico facere Categoricum, & provocat ad Protocoll. Verum parænetice, ubi à me id factum est? ubi nego, aut ubi excludo hypothesein? Fateor in transitione hæc verba antecedentia brevitatis gratia me omisisse. Nec enim intererat cum $\omega\varsigma$ $\epsilon\upsilon$ $\pi\alpha\gamma\acute{\epsilon}\epsilon\gamma\omega$ ejus rei meminerim, omnia adduxisse: In quo si erro, erratum erit ab omnibus ferè, qui in illis, quæ caput rei non tangunt, satis habent, id laudasse, quod instituto sufficit. *Ais, ubi hic talis uti vis confessio, ubi angustia?* Resp. Confessio est in verbis à Te laudatis, nec aliam nisi hypotheticam intelligo, indeque id tantum collectum volui, *insolens vobis baud esse peregrinam nobis sententiam**

sententiam affingere, affictamq; mascule impugnare, adeò ut ad eas redigamini quandoq; angustias, ubi sententia nostra rite proponitur, ut nec queatis procedere, nisi velimus in cerebri vestri figmentum prius consentire. Angustia sunt, quia 1. Nunquam non tanquam confessum urgetur, quod nos nunquam assertum ivimus. 2. quia perpetuò contra sententiam sibi confictam pugnat Ursinus, nulla ratione habita protestationis nostræ sæpius repetitæ. Vide sis tom. 2. Ursini colum. 160. 162, 163. Unde pertæsus ineptiarum & coccyismi aliquoties reiterati, ait B. Jacobus col. 161. Aut quæ dicis non intelligo, aut eadem identidem repetis, cum tamen quid sentiremus, aperte & simpliciter declaraverimus, &c. Sic col. 163. in respons. ad ea verba, quæ nunc in controversiam veniunt. Permanemus, ait, in superiori probatione adhuc, vosq; rogamus, ne perpetuo ad superiora recurratis, eademq; cum fastidio repetatis, sed nova argumenta afferatis. Et statim: Quod superest oramus, ut ad rem veniatur. Satis enim superq; de priore hoc capite tractatum est. Itaq; aut vos nova afferte argumenta, aut nos sententiam nostram rationibus adductis confirmabimus. Ad eundem igitur lapidem nunquam non impingere, aut est malitiæ, aut angustiarum. De sensu verò vocabuli hoc, nec non consensu Nostratum suo dicetur loco.

X. Sed nunc apostatæ B. Lutheri monumentum fodiendum est. Nempe digna luce ne epistola quidem minima Calvin. esset, nisi in ea B. Lutherus sub virgulam censoriam vocaretur, sicq; pro præstiro reformationis opere nequam referretur gratia. Et hujus genij imprimis est autor noster apostota, persecutor sui ordinis, qui in omnibus suis scriptis jurasse ferè videtur in B. Lutheri perniciem & damnum. Masculè verò, ut senem scil. decet, præterit, ea
quæ

quæ de disparitate B. Lutheri & Calvinianorum in genere dicta sunt V. in punctis, quum in his non statim ferendum, quod in Luthero primis imprimis annis, ubi ex papatus tenebris prodiit. Sic non tangit, quod caput tamen rei est, nos in Calvinianis *phrases cum sensu & doctrina urgere duriores*, quas, certè eis condonarem, si doctrinà puri essent. Hæreticum enim non verba, sed sensus verborum facit, ut fusè diximus hinc inde. Contrà B. Luthero Orthodoxo, quî hæc vel illa verba adeò exprobranda? Redarguit verò B. Lutherum, *Filium Dei instrumentum creationis, uominantem*. Ait I. *me hanc phrasin ut pallium, multum esse*. At fallitur egregiè. Siquidem expressè scripsi, *phrasin istam esse declinandam pag: citata à Massonio 1001. ne theologos nostros mihi objiciat*. Quî igitur in phrasi hac pallianda multus essem, cum seponendam eam statuam? *Inquit 2. me incassum ad Patres confugere, & omnibus responderi exceptionibus in Resp. solid. pag. 128. 129. 130. 131.* Sed & hic ultra veritatis metas progreditur. Nihil enim in responso isto habetur *de Ireneo & Tertulliano. Nihil de Aretio Calviniano, qui Spiritum sanctum organum dijudicandi, & Christum salutis organum nuncupat*. Argumentor ita: *Quicumq; ejusdem sunt essentia illorum nullus poterit nominari ullo modo instrumentum. Pater, Filius, & Spiritus sanctus sunt ejusdem essentia. Ergo Major est Respon. solidi p. 129.* Conclusio directè contra Aretium, qui *Spiritum sanctum instrumentum dijudicandi nominat*. Minor est immotæ planè veritatis. Aut igitur *Major* erit falsa, aut Aretio imputandum erit idem, quod B. Luthero, aut si iste excusandus, cur non eandem *ἰμεινείαν* in B. Luth. defendendo adhiberemus? 3. Nihil planè ad meum argumentum, quod p. 46, habetur, nihil ad B. Lutheri *declarationem ex succinctiori*

ori

ori commentario, ad quem provocavi, & quæ cum Junio plane convenit, respondetur. Verùm ait, frustra implorari auxilium Aretij & Junij, cum hi non de λόγῳ sed Christo loquantur. Resp. pessima hic agi fide. Non n. tanguntur ea, quæ de Spiritu sancto dicta sunt. 2. Decipi Massonium. Aretius certè in comment. super cap. II. epist. ad Rom. vers. ult. expressè λόγον nominat. Non autem, ait, alio usus est organo, quàm suo λόγῳ, dixit & facta sunt, per verbum omnia condidit &c. Præterea. Qui Christum instrumentum creationis citra impietatem dici posse existimat ille & filium Dei ita dici posse asserit. Ratio Conseq. est, quia prædicata in primo communicationis idiomatum genere ita se habent, ut de altera natura naturaliter prædicari possint, cui etiam per particulam Ἀσχετικῆς, non verò χωριστικῆν Calvinianam, vindicantur. Aut igitur πρώτως & naturaliter istud diceretur, de humana, aut de divina natura. De ista dici nequit, cum creationis tempore nondum fuerit, & sequetur alias, quum ea, quæ naturaliter de humana Christi natura dicuntur, dici possint de omnibus, & hæc de singulis salva pietate hominibus prædicari posse, quod impium. E. de divina hoc ipsum diceretur. Adde tandem, quod si Christus instrumentum Creationis dici potest, Filius Dei verò non itidem, ita quidem ut hæc impietatis sit postulanda, ista verò pbrasis excusanda, tunc utique Junius, doctissimus vir, aberravit graviter, nec Bellarmino directè sese opponit. Hic enim in Syrmienſi Concilio redarguit, Filium Dei patri ministrasse in Creationis mundi; Beato Luthero hunc ipsum locum ex Genesi objicit, quem tamen benè & graviter defendit Junius, ut in disputationibus probavimus.

XI. Urget illud, quòd B. Lutherus scripsit, *Jacobum male concludere, delirare.* Et cū hæc verba me haud invenisse

E

scribam,

scribam, regerit, *inquirere me debuisse.* Verum 1. Diligenter inquisivi, nihilominus effugere diligentiam. Ut enim animadverteret *εἰς τὴν ἐπιτομήν* meam, qui nihil de industria celare volui, ea me invenisse ingenuè confessus sum, *quæ æque dura videntur & quæ Massonius voluisse Massonium testatur.* 2. Non ita sentiendum esse de Apostolo, ait. Respon. Luther. secutus patres quosdam, non Apostoli, sed alius, qui Apostolus non fuit, epistolam hanc esse existimavit. Et quid multis, canonicam auctoritatem epistolæ illi denegatum haud imus, concedentes B. Lutherum hic humani quid cum sanctis quibusdam Patribus esse passum, quod tamen citra salutis naufragium factum. Ac certè nunquam id, quod autor suæ conclusioni infert, B. Lutherus asseruisset, si Apostolum pro Autore agnovisset. Mitius de hoc puncto & B. Luthero judicat *Wittakerus* quando in responsi. ad primam Campiani rationem fol. 7. tom 1. ita ait: *Sed Jacobi epistolam Lutherus parùm honorificè appellat. Bene habet, crimen hoc omne Jacobi epistolam attingit. Non Mattheum, non Marcum, non Lucam, non Joannem, non Paulum, non Petrum Lutherus vel verbo violat, nam Jacobi epistolam nonnihil exagitat. Num hoc Lutheri duntaxat crimen fuit? Nunquam omnis antiquitas Jacobi epistolam est amplexa, solus Lutherus repulit ac repudiavit & Nequaquam verò. Non enim Luthero ignotum fuit, quid vetus ecclesia de hac epistola senserit, quid judicavit. Eusebius de illa epistola scribere disertè non dubitavit, ἰστὸν ὡς τοῦ θεοῦ. id est, velim omnes id scire, eam epistolam, quæ Jacobo affingitur, esse adulterinam. Quid scribi potuit apertius? An Eusebius forsitan non placet. Dic verò quamobrem. Ergò audi Hieronymum, quem Romane ecclesie Presbyterum fuisse, non ignoras: Epistola Jacobi ab alio quodam sub ejus nomine edita asseritur. Alter spuriam fuisse confirmat, alter existimari scribit.*

Lib. 2. c. 23.

Hieronym.
in Catalo-
gō

lib.

bit, non ab Apostolo, sed ab alio aliquo fuisse editam. Quid ergo Lutheri succensens, quem vides non repente & temere de illa epistola cepisse dubitare, sed in eo veteris ecclesie testimonium iudiciumque sequi? Ex his enim satis constat, primis ecclesie temporibus incertam fuisse, dubiamque ipsius epistolae fidem atque autoritatem. Haecenus doctissimus vir Massonio longe æquior.

XII. Nunc aliam B. Lutheri injuriam illatam, & à me repulsam, adversarius recoquendam habet, quasi scilicet vicisset, aut Wellerus fannus esset excipiendus, si probari posset, quod propensiori in B. Lutheri manes fuisset animo. Scripsit, B. Lutherum memoriam prodidisse, die wort Gottes von den bildern sind ein *Gaukelwerck*. Negavi B. Luth. ita scripsisse, ac demonstravi, Massonium sophisticari, & ex subjecti determinatione subjectum absolute constituisse, idque ex integro contextu *ou* *Φ* *ω* *ς* docui, ac exemplo declaravi evidenti. Omittit Massonius contextum, Omittit exemplum, ac syllabas arrodit. Ait (α) male germanicum *Gaukelwerck* vocari crepundia. Resp. Sensum legitime expressum esse, quod nec adversarius negat. De re solliciti sunt Theologi, non adeo verba curant. Merito Aristarcho nostro illud Domitij cujusdam apud Gell. lib. 8. cap. 7. occino: *Nulla bonae salutis spes est reliqua, cum vos quoque Philosophorum illustrissimi nihil aliud, quam verba cordi habetis.* Hæc de philosopho ethnicus. De Theologo, qui Christianus videri vult, quid dicendum existimas? (β) Massonium verba non ita ponere, verba de imaginibus Dei, sed die wort Gottes von den bildern / verba Dei de imaginibus. Sophista maximè! Si apicum sequelam numeras, concedo, sed non si sensum. In trivialibus istud ordinandi verba traditur præceptum, ut inter substantivum regens & rectum interponatur, verbum, Nomen vel pars orationis alia, idque bonos

præstitisse autores originum gnarus ignorare nullatenus
potest, At Wellero, ut eum contra moliri quid possent
Calviniani, vitio dandum fuit, quod in aliis elegantiarum
nomine salutatur. Retulisse enim me, *vocem Dei*, sensu &
constructione non ad imagines, sed ad vocem *verbum*, ipse
contextus demonstrat. Præterea existimas ne, Massoni,
Te in hoc Christi gloriam, quàm Theologus, qui non in-
sendat scribendo publicè, maledictus sit, promovete, proq;
eâ calamum stringere. De eruditione si certamen inire-
tur, moneri plura possent. Sed absit à me gloriari, nisi in
Christi cruce. Omnia concedam tibi: Modo Christum
ejusque doctrinam mihi impugnatam relinquant. Hic n.,
ut ad illud B. Nostri Lutheri alludam, *mordeo, hic uro, hic
tundo, hic nemo à me requirat patientiam*. Unde ob has
ipsas nugas, quæ me tantum tangunt, nolui tibi responde-
re, nisi ineptis vestris clamoribus & Bonorum etiam voto
excitatus fuissim. (γ) Ait: Propositiones hæc (die wort
Gottes von den bildern sind ein Gauckelwerck: Et rursus:
Wir Christen die wir Gottes wort haben / dürffen solches
Gauckelwercks nicht / sunt æquipollentes. Accipio manu
gratisima, quod adversarius vi veritatis meæque demon-
strationis adductus, concedat phrasin hanc, wir Christen/
die wir Gottes wort haben / dürffen solches Gauckel-
wercks nicht / esse B. Lutheri, & quod per æquipollen-
tiam tantum illam suam, die wort Gottes von den bild-
dern sind ein Gauckelwerck / Luthero affingat. *Nego enim
hic æquipollentiam, & negationis rationem evidentem, ut
in thesibus, sic & hic denuo demonstro. Ait Paulus Gal. 4.
v. 3. & 9. Galatas fuisse sub elementis mundi, non debere se
convertere ad impotentia & egena elementa. Unde aphorif-
mus Theologicus nobis natus est iste; Christiani qui ven-
tum Dei in N. T. habent, non indigent egenis & impotentibus
elementis*

elementis

elementis legis. Sed Tunc inde concludes absolute & citra re-
spectum ad aliud, Paulum Verbum Dei de circumcissione si-
gnaculo justitie fidei Rom. 4, 11. de sacrificijs &c. vocare impo-
sentia & egena elementa, adeoq. esse in verbum Dei injuriam.
Vides hic propositiones plane & equipollentes. Idem enim
est subjectum numero, Christiani videlicet verbum Evan-
gelij habentes. Idem predicatum, si rem & stimas. Aut
igitur & Paulum accusabis, aut cum Paulo B. Lutherum ex-
cusabis. Quod verò, ais, propositionem tuam equipollere no-
stra cum utrobique idem sit predicatum, quod largior, idem sub-
jectum (quod plane nego,) in eo falleris. Contrarium in
thesibus demonstravi: ad quod tu taces. Id hic tamen re-
gerere habes, præceptum de imaginibus esse verbum Dei, &
remittis nos ad Resp. solidum. Verùm i. & ego te ad nostros
remite re possem. Tecum nunc ago Massoni, Tu te virum
præsta. 2. Et præceptum de ceremonijs Leviticis erat præ-
ceptum Dei: Certè circumcisio σφραγίς τῆς δικαιοσύνης no-
minatur Rom. 4, 11. Sacrificia à Deo instituta esse ex Lev. 1.
1. 3. 4. 5. &c. oppidò patet. Si igitur hæc tua ratio militat, &
Paulus accusandus erit, nihil dubitans inter egena & infir-
ma elementa & quidem mundi ea referre. At differenti-
am comminisceris. Paulus, ais, differit de ceremonijs Levi-
ticis, at præceptum de imaginibus est morale, teste Selneccero
3. part. exam. quest. 22. Verùm J. B. Selneccero sit egregia
injuria, Siquidem non facturam imaginum, sed cultum in-
ternum & externum Deo debitum factitij & fictitij numini-
bis, sculptilibus & idolis tributum, refert ad primum præce-
ptum, rectissime. Ita ait pag. 20. Ad quod præceptum referen-
da est prohibitio imaginum? Ad primum præceptum, quia est
appendix & declaratio in specie facta primi præcepti, imò etiam
omnium præceptorum utriusq. tabula, vetans & internum &
externum cultum Deo debitum factitij & fictitij numinibus,

sculptilibus & indolis tribui, & præcipiens cultum & veneratio-
nem & adorationem solius Dei. Unde statim sequenti qua-
stione non solum in idololatrias, sed & εἰς οὐνομάχας graviter
invehitur, quod certè nunquam fecisset, si omnem imagi-
num usum aut sculpturam illicitū habuisset. 2. Videat, quid
sociennis suis respondere velit. Hi n. elementa mundi egena,
non de Leviticis ceremonijs, sed integra Lege Mosaica & de
moralibus in specie exponunt. Ita enim Paræus: Per elementa
mundi intelligit non solas ceremonias, sed universam politiam
Mosaicam, sacerdotium Leviticum, ipsamq; LEGEM MOR-
ALEM, eos terrentem, obedire quasi cogentem pœnarum minis,
maledictionis metu &c. 3. Præceptum de imaginibus est & mo-
rale & ceremoniale. Morale, quatenus omnis imago sive
mente tantum concepta, sive manu expressa (ita n. Hebræa
volunt vocabula, quæ non solum sculptilia notant, sed &
quamvis imaginem mente vel oculis perceptam, ut alibi
ex professo tradituri sumus) cultui divino destinatur, quod
Exod. 20. fieri, alibi probatur. Ceremoniale, quatenus non
aliæ imagines templo fuerunt inferendæ, aut erigendæ Ju-
dæis, quàm quas Deus ipse præcepit. Secus (α) Deus ipse
contra præceptum morale aliquid præcipiens, peccaret gravi-
ter; Accipimus n. quod in templum collocari iusserit, Bo-
ves 1. Reg. 7, 25. Leones, cherubin &c. vers. 29. quod passus fue-
rit, imagines murium circa arcam fœderis 1. Sam. 6, 5. &c. (β)
Calviniani peccarent, imagines ferendo vel in ædibus priva-
tis, vel in monetis aureis, argenteisque, quas abjecisse propter
imaginem Mariæ aut aliorum Sanctorum, ego hæcenus
non accepi (γ) delinqueret graviter Thomas Mortonus in
Turco papismo l. 2. cap. 9. p. 408. quando ita ait: Nos historicum
usum imaginum Christi, Apostolorum & aliorum hominum
Clarissimorum probamus. Non enim propterea reprehendi-
mus

mus papistas, quod imagines habeant, sed quod cultum eis tanquam divinis reliquijs exhibeant: Neq; capitale est imagines tenere &c. cum quo transigat Nolter Massonius.

XIII. Sed nunc maximum, si Dijs Homericis placet, objiciendum est crimen, unde apparet, quàm facile Wellero possit responderi, si scilicet nodus in scirpo quaratur. Dixi accusationem, qua Wurtembergici premuntur, ob materiae cognationem me reservaturum esse parti secundae pag. 1052. Et respondet Massonius *confuse id fieri, cum parte secunda agatur de Maria virgine, quae Christum vere & aperto utero pepererit. Capite v. sexto de eo an Heidelbergenses scripserint, non extare in scriptura Christum è virgine natum* Ingens scil. hoc telum est & crimen magnum, ob quod publico sistendus fuerim! Hinc scilicet juxta Massonium nemo non animadvertet, quod non omne tulerim punctum: Quod facile mihi responderi possit: Quod sublestæ sim fidei. At parturiunt montes nascetur ridiculus mus. Concedant quaeso Calviniani hanc Wellero libertatem, ut punctum hoc ob materiae cognationem citra crimen parti secundae reserves. Ita respondebit, si Deus vires concesserit, ut candorem sint habituri.

XIV. Exprobraveram Calvino, quod *tantam aciem datam fuisse oculis Stephani, quâ per caelos, & hos ne quidem apertos (quod exagitet Chamier) ad dexteram usq; Dei pertingere potuerit, ne Christi scil. corpori glorioso prerogativam aliquam praenudo corpore humano concederet.* Respondet nunc Massonius, *Calvini mentem esse, quae Luca Act. 7. v. 55. At nudè id asserit, & contrarium à B. Luthero, cujus autoritatem praeterit, probatum est. Ait 2. Chamierus hanc sententiam non exagitare, sed confirmare.* At hic bonus dormitat Homerus. **Deducam Massonium in viam.**

Errone

Errore typographico, loco numeri 6. positus est 8. Chamieri locus, quem produxi, habetur lib. 6. (non v. lib. 8.) *panstrat. catb. cap. 7. sect. 29. & 33.* quas ubi evolveris, veram me dixisse animadvertes, & quid desiderem, habebis.

XV. Pergendum nobis. Excrescunt n. paginae praeter intentionem. Scripseram p. 119. *Paræo parum solidam videri Apostolicam probationem* 1. Cor. 15. *indeq; stoliditatis incusaveram, quia Spiritui S. suum Videri opponat.* Ait nunc Massonius, *Paræum non ita facere, meq; ommittere responsionem.* At i. Non video, unde iniquitatis argui possim, nec ubi eius verba mutilatè adduxerim, cum non verba ipsa, sed sensum verborum laudarem, ita tamen, ut & verba ferè retinuerim. Ascribemus igitur verba Paræi. Ita inquit super cap. 15. 1. ad Corinth. vers. 36. *Videtur parum solida probatio à Dei potentia: cum Deo omnia possibilia, quae tamen non omnia facit. Et ideo Christus contra Sadduceos disputans, non solam Dei potentiam, sed & scripturas produxit: ut voluntatem Dei simul probaret. Videtur idem debuisse Paulus facere. Sed sufficit ei, potentiam probare argumeto naturali: quam profani illi in dubium vocabant. Quod videmus quotannis fieri in natura: id non est habendum impossibile. At ut corpus mortuum rediviscat, quotannis fit in agris & hortis nostris, uti grana seminata, priusquam germinent, putrescere, putrida rediviscere videmus. Non igitur impossibile est corpus mortuum redire in vitam, per potentiam Dei: qui est nature author & Dominus.* Haec tamen Paræus. Hic Te quaero, annon asserat, *parum solidam videri Apostolicam probationem?* An non scribat, *videri ad Christi exemplum & scripturas producendas fuisse.* Itane v. de scripturis θεοπνευστα habendum? Itane vobis videndum aliquid parum solidum, quod in scriptura Spiritus S. tradit? Sed ais, *objectionem*

Etionem moveri 1. Cor. 15. v. 36. *sequi v. responsionem à me neglectam*: Sed sufficit ei potentiam probare argumento naturali, quam profani illi in dubium vocabant &c. Et moneo videnda esse sequentia. Verum. 1. in sequentibus modus argumentandi Apostolicus tantum eruitur. 2. Objectio tamen ista est Paræi. 3. Ita solvitur, ut suo loco planè relinquuntur antecedentia, adeoque illud *videri parum solidum* adhuc militet. Afferitur verò in responsione solum, quid Apostolus observarit, non verò quo jure, quave injuria illud vel objiciatur, vel Apostolus argumento naturali tantum pugnet.

XVI. Ultima in thesi plura conglomeras: Ais 1. *me satis prolixè de peccato agere*. Resp. Non de peccato sed peccati autore, quem vos Deum facitis, fusè egi, ejusque criminis vos teneri argumentis plurimis; septem in classes distributis, evici. Et te, Massoni, per Deum & ecclesiæ commodum, tuamq; conscientiam testor, ut sincerè hic agas & κατὰ πῶδα respondeas. Gravis est accusatio, fateor, quâ vos premimus: major tamen gloria Christi, quam defendimus. Digna fuit res ἀνευβέβηγα inquisitione. 2. Ais me respuere thesin: *Malos esse Dei instrumentum*. Sed (a) *Fidem tuam!* Ubi simpliciter hæc nego. Provocas ad pag. 560. 561. fraus supra detecta est. 2. (β) optimè novi, *Malos Dei instrumentum posse dici*, idque (a) *respectu boni*, cujus autor Deus, Jacobi 1. v. 16. (b) *generalis motus*. Deus enim res à se creatas omnes & singulas ita sustentat ac movet, ut certo & fixo suo tempore & decidant & resurgant crescantque. In primis verò rationales motu omnipotentia suæ ita regit, movet, rapit, ne otio torpescant, sed ut aliquid semper agant, moveanturq; Act. 17, v. 28. Cujus tamen, motus generalis optimi *determinatio & specificatio*

F

ad

ad malum, non ab universali, sed particulari in solidum de-
pendet causa, sicut in thesibus nostris probatum est, & falsi
sunt saniores philosophi. Inpraesentiarum tantum addu-
cimus *Petrum Molineum*, virum & synodo Dordracenae
laudatum, & à nobis frequentissime productum, qui in A-
natome Arminianismi 3. §. 5. pag. 6. idem fatetur;
Quemadmodum, ait, *in generatione embryonis sol & homo si-*
mul agunt: quod si monstrum generatur, id non adscribitur
soli sed homini: Nempe ideo monstrum nascitur, quia causa
universalis agens abducta est à consueto tramite per defe-
ctum organorum, vel malam affectionem materiae. Ita ad a-
ctiones humanas Deus & voluntas humana concurrunt: quod
si quid inest pravitatis in actione, non debet ea ascribi Deo,
sed dispositioni voluntatis humanae.

Et hac pertinet *Simer exemplum*, nec non verba *B.*
Brentij, ad quae, quamvis in thesibus hinc inde responsum
sit, imprimis vero disput. 15. pag. 607. Nihilominus adver-
sarius responsiones praeteriectus, eadem de novo recoquere
habet. (c) Ita pio sensu malos instrumenta Dei, dicunt
nonnulli, *resp. etu ex βασιως utilis*, quam Deus optimus ex
pelsimo elicit, quae vel *δοκιμασία & πειρασία*. At hoc opus
à peccato planè distinctum, Deo in solidum competit.
Quod v. nobis opponit *B. Chemnitium*, asserentem in L. C.
cap. 4. *Tractare Deum diabolum ut canem rabidum, permit-*
mittendo aliquem morsum, saepe verò quando dentes infigere
cogitet, retrahendo ipsum vel alio vertendo, multas impiorum
electiones (live consilia fraudes & technas) reprimendo, im-
pediendo &c. id nobis non officit, nec in his mali adeo di-
cuntur Dei instrumentum, quàm quod Deus illis vel re-
sistat, vel aliquid permittat. Quae permissio certe malos,
quatenus

quatenus peccant, nullatenus instrumentum Dei efficit.
 Clariss. Theologum D. Johan. Himmelium amicum ac in
 Christo Fr. honorandum, quod concernit, verba ea disput.
 Anti-Calviniana. §. thes. 37. nulla occurrunt, nec disputa-
 tio illa, cujus Ἰσχυροῦς, disputatio §. Anti-Calv. de peccato
 originali & actuali, ac de providentia Dei, tot habet theses.
 Ne verbum igitur super eâ re cum adversario commutabo,
 nisi locum verificabit, quamvis res vel tyroni in Theolo-
 gia pateat. Quis enim negaret, scripturam Spiritum sanctum
 ita modificasse, ut difficiles quidem nodi in ea occurrant, unde
 tamen Deus nec autor mali, nec mali instrumentum Dei,
 quatenus peccant, constituuntur. Agmen nostro tandem
 claudit B. Luth. in lib. de Servo arbitrio seu tom. 6. Witteb.
 fol 567. quæ ipsa verba à nobis producta sunt pag 810. 809.
 ubi videri poterunt. Nolo quidem nunc generales re-
 sponiones repetere, quarum plures. Nolo in consequen-
 tiam scrupulosè inquirere, quasi scil. à Luthero ad Calvi-
 nianos concludendum foret. Alibi enim rationibus be-
 nè multis evincimus, consequentiam istam nullam esse,
 sed tantùm istud ex integro contextu constare existimo,
 B. Luth. Deum hic vocasse iniquum, non quod talis sit aut
 quod iniquè agat, sed quod ita videatur, cum judicia ejus sint
 planè ἀνεξήγητα, singularia imprimis ubi expendimus, &
 Et si vel maximè ita videretur, nullatenus tamen Deum ini-
 quitatis esse arguendum. Sed dandam ei hanc gloriam, quod
 quedam lumini glorie reservavit. Id ita sese habere patet
 1. ex objectione. 2. objectionis solutione. 3. exemplorum
 adductione. Objectio est tom. 3. Jenens. latino fol. 228.
 Si autem id movet quod difficile sit, clementiam & equitatem
 Dei tueri, ut qui damnet immeritos, hoc est, ejusmodi im-

pios, qui in impietate nati, non possunt alia ratione sibi
consulere, quin impij sint, maneat & damnentur, co-
ganturq; necessitate natura peccare & perire, sicut Paulus
dicit: *Eramus omnes filij ire, &c.* Sequitur Responsio
eodem folio: *Hic honorandus est Deus clementissimus*

N.B.

*in ijs, quos justificat & salvat indignissimos, donandumq;
est saltem nonnihil divinae ejus sapientiae, ut justus esse cre-
datur, ubi INIQUUS NOBIS ESSE VIDETUR.*
*Si enim talis ejus esset justitia, quae humano captu posset
judicari, esse justa, plane non esset divina, & nihilo dif-
ferret ab humana justitia. Haec deinceps declarantur,
demonstraturque, quod omnia hominum comparata
Deo nihil sint. Debere igitur judicia Dei nos adora-
re sancta, si vel maximè nexum justitiae divinae in hac
vitae imbecillitate nec videre, nec comprehendere possi-
mus. Restare enim aliam Academiam, cui quaedam
reservanda.*

N.B.

*Inde 3. Exemplum ad confirmandam hanc
fidem & ad consolandum oculum illum nequam (refero
hic verba B. Lutheri fol. 229.) qui Deum suspectum habet
de iniquitate, profert à lumine naturae, cui insolubile, cur
malis benè, bonis verò malè res cedat, quod tamen lu-
mini gratiae solutu facillimum. Absurdum igitur non
esse reservari quaedam lumini etiam gloriae. Neutiquam
igitur Deum esse postulandum iniquitatis, si vel maxi-
mè nec ex lumine naturae, nec etiam gratiae quaestionem
istam expedire possemus. Et tandem per ἀνακεφαλαίωσι
quasi aliquam subjicit: *Pone mihi tria lumina naturae, gratiae,
gloriae. In lumine naturae est insolubile, hoc esse justū, quod bonus
affligatur, & malus benè habeat. At hoc dissolvit lumen gratiae.
In lumine gratiae est insolubile, quomodo Deus damnet eum,*
quis*

qui non potest ullis suis viribus aliud facere quam peccare
& reus esse. Hic tam lumen naturæ quam gratia dicunt,
culpam esse, non miseri hominis, sed iniqui Dei: Nec enim
aliud judicare possunt de Deo, qui hominem impium gratis
sine meritis coronat, & alium non coronat, sed damnat,
forte minus, vel saltem non magis impium. At tumera
gloriæ aliud dicunt, & Deum, cujus modo est judicium in-
comprehensibilis justitiæ, tunc ostendet * esse justissimæ & ma-
nifestissimæ justitiæ, tantum, ut interim id credamus, moni-
ti & confirmati exemplo luminis gratiæ, quod simile mira-
culum in naturali lumine implet.

* [NB. Vides quod Dei judicia justa proclamet. Esse igitur
Christiani, quod si in quibusdam se expedire, aut si justiti-
æ cum operibus Dei convenientiam haud animadvertere
possit, credere nihilominus Deum esse justum, Christosq;
dare hanc gloriam, quod incomprehensibilia hæc in futura
vita simus cognituri.]

Vides igitur. 1. Lutherum expressè Deum ab iniquitate
vindicare, quod & alibi locorum facit, ut in thesibus fu-
sè demonstratum est. 2. Loqui non de eo, quod est, sed
quod videtur, imprimis illi, qui imperscrutabilia Dei ju-
dicia sub numerum humanæ prudentiæ redigere cona-
tur. 3. hypotheticè hæc ita locare, ut adversarius à πολυ-
πραγμοσύνη seu scrupulosa viarum Domini investigatione
deterritus, discat rationem sub obsequium Christi capti-
vitate 2. Cor. 10. verboque Dei contentus esse, nec ideò
Servum Arbitrium impugnare, cum eo non impugnato
divinæ justitiæ cum operibus nexum videre nequeat.

Concludis tandem, Massoni, paucula hæc plausum
cum facile dissipare. At in Domino glorior, & nulla
e præterea, An verò hæc ficta, falsa, veritati nebulas of-

fundere possint, lector judicabit. In nullo enim non falsus fuisti. Et si vel maximè verus, quod tamen non est, ex parergis his veritati naufragium haud esset timendum. Mones me, *ut inchoatam telam citissimè sine morà pertexere velim.* Massonij enim sive sectatores sive amicos superstites morè impatientes pauculos intra menses primam Anatomie partem auctiorem una cum consuetatione mea esse edituros. Resp. 1. Itane Massonius mortuus est, postquam nostram refutationem accepit, ut res ad triarios, & superstites amicos nunc rediret & devolveretur? Mirum dictu & vivens & scribens est mortuus? 2. *qualem partem sitis edituri,* ex brevi hac vestra delineatione Christiano orbi dijudicandum relinquo. Per Christum te oro, Massoni, & extremum iudicium, quod uterque expectamus, ut missis mendaciis, missis nugis, Theologicè & candidè agas, vel aliquid saltem pudoris rugis tuis senilibus inesse patiaris. 3. Detis, quæso, Welleri, imò tempori hanc moram, quam necesse vobis videtur. Sistetur in publico, Bono cum Deo, secunda pars propediem, quæ jam foret elaborata, nisi me Deus orbatum conjuge beatissima privignisq; extra ædes proprias librosq; conclusisset, totque conglomeratis malis, Diabolicisque tentationibus anno præterito integro exerceri permisisset, ut miraculo habeam, quod non centies consumtus sim. Præterea horas tantum secundas Massonio tribuo. Duplici enim officio dum satisfacere, dum de studiosis privata informatione benè præterea mereri conor, in tertium usque diem tuam, Massoni, Anatomiam inspicere quandoque ob negotia & interpellationes haud licet. Ubi verò edideris spissiorrem istam editionem, voto vestro citius in vernacula
respon-

respondebo lingua, ut & nostri homines vestram in re-
bus Theologicis fidem habeant videantque. Tandem
& mendacio concludendum est, *Francofurti* datam esse
epistolam fingis, quæ & *Servesta* impressa, & *Servesta* ad
me transmissa est. Nempe finis principio respondere
debit. In primo enim, quod contra me produxisti,
exemplo & sequentibus falsus planè fuisti: Si finis secus
clauderetur, à Te, *Massoni*, tuoque genio abires, quod ne
fieret peregrinus locus fingendus fuit. Ita constans es
non in veritate, à quâ defecisti pessimè, sed falsitate,
quam elegisti. Interim Lectorem rogo, ut mihi con-
donet, quod his nugis *Massonianis* refutandis aliquid tri-
buerim. Insolentes sunt adversarii, & quævis in pejorem
rapiunt partem, & impotentis planè animi, sicut hic im-
patientiam suam expressè fatentur. Deum veneror, ut om-
nem superbiam, quæ se contra ejus majestatem erigit,
confundat, calamos mendacia tantùm scribentes bellaq;
confringat, pacem nobis restituat, seductos omnes
illuminet, nosq; vasa misericordiæ suæ cle-
mentissimè faciat.

AMEN.



Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

[Faint, illegible text]

[Handwritten mark or signature]

Th. Swanholm 389 m